



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis**

**Paulus, Hieronymus**

**Venetiis, 1572**

Si in euidentem notabilia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10350**



non ponitur, non obstantibus constitutionibus Apostolicis, quia literæ revalidantur à data presentium, & non data literarum primæ impetrationis.

Item in prædicto, perinde valere, in narratione gratiæ expectatiuæ, si Papa prouiderit, debet dici gratiosè prouidimus.

Si verò mandauit prouideri, debet dici, gratiosè mandamus prouideri, & debet addi, certis executoribus desuper deputati. Si in fine literæ dicit, quod executores possunt procedere, vel detur eis alia potestas, aliàs non debet dici certis executoribus desuper &c.

Item nota, quod in gratia perinde valere, non debet suppleri ultra illud quod est in supplicatione, propter iudicia quæ super illis solent exoriri.

Item nota, quod si quis creetur Canonicus in gratia expectatiua, & postea impetratur, perinde valere potest intitulari de Canonicatus ex quo literæ, & processus revalidantur ab eorum data.

*Si in euidentem notabilia.*

**N**Ota, quod quando committunt diuersa, nisi in euidentem videlicet, si vocatis &c. Ita esse necnon venditionem prædictam in euidentem diuic Ecclesiæ ceteris repereris non debet dici post repereris, super quo tuam conscientiam oneramus Sed bene debet dici post, necnon hoc modo, necnon super quo tuam conscientiam oneramus venditionem &c. ratio est, quia si poneretur in fine, intelligeretur de utroque, & nunquam dicitur super quo &c. quando dicitur, si vocatis &c. non repereris.

Si petuntur suppleri defectus in contractu facto super locatione rei Ecclesiasticæ, vel alia materia, nullatenus litera desuper concedatur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimat, vel per fiat ut petitur, supplicatio signata fuerit. Nicol. v. ii. xxxvi.

Fuit petita confirmatio obligationis, si in euidentem, cum insertione instrumenti, Papa signauit, Fiat ut petitur, & exhibeatur, & clausulam cum insertione instrumenti  
cassa-



cassauit, fuit de terminatum q̄ litera daretur grossa, non tamen cum insertione, sed diceretur, quòd prout in euidenzem vtilitatem facta fuit, confirmamus.

Nota, q̄ quando dicitur in litera Apostolica, prout in instrumento publico de super confecto plenius dicitur cōtineri, non potest postea dici, nos instrumenti prædicti tenorē p̄sentibus p̄ expressis habentes, q̄a esset contrarietas.

Item, quando petitur confirmari cōcessio facta de re Ecclesiastica si in euidenzem, non potest dici concessionem prædictam, ac omnia & singula in prædicto instrumento cōtenta autoritate p̄dicta approbes, sed debet dici sic, Concessionē p̄dictam, & prout illā concernunt oīa & singula.

Quando narratur aliquid fiendum, tunc debet poni, Mandamus quatenus de præmissis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis vniuersis te diligenter informes.

Sed quando narratur factum, tunc debet poni, Mandamus quatenus postquā tibi de p̄missis legitimè constiterit.

Quando narratur causa, tunc oneratur conscientia.

Q̄n̄ nulla causa narratur, tunc cōscientia non oneratur.

Quando aliquis Rex, vel Prælatas supplicat pro alio in litera, quæ datur in forma exhibita, tunc de Rege vel Prælato non debet fieri mentio in principio, videlicet, Exhibita p̄ parte Regis, vel Episcopi &c. Sed tantū de Rege vel Prælato p̄dicto debet fieri mētio ibi, quare p̄ parte Regis &c.

*Conscientiam oneramus.*

*Notabilia super dispensationibus matrimonialibus.*

**F**ilius ex secundo matrimonio natus cēsetur legitimus, licet pater cum alia contraxisset primò, si secundū matrimonium fuit contractum, & secunda vxor ignorauit primum m̄fimonium eius. Secus si sciuit, vel scire debebat, vt q̄a primū esset publicè contractum, sed quia secundū matrimoniū fuit clandestinum, tunc ex illo natus est illegitimus, licet mater primū matrimoniū ignorasset. Si tamen sup̄ primo esset lata sententia diuortii, à qua non esset appellatum, tunc natus in secundo esset legitimus, licet sententia diuortii postea retractetur, not. Innoc. & Ioan. And. in c. cum inhibito. de clande. despon.

L 3 Filius